

[II m 1]

HAEC CUM SUPERBA metrum primum quod dicitur yponauticum secundum quosdam ab inuentore uel frequentatore uel forte quod cantus nauticus huiusmodi metro describi consuevit; ab ypo quod est sub et nauticus quia labor nauticus huiusmodi cantu subleuatur. Iambicum dicitur a pede predominante quem ubicumque recipit preter quam in ultimo qui semper est spondeus uel trocheus. Recipit eciam spondeum locis imparibus similiter¹ anapestum sed raro. Constat hoc metrum sex² pedibus quorum bini computantur pro uno metro et ideo dicitur trimetrum. Est autem sciendum quod ultimus et penultimus uersus istius metri³ communiter in omnibus libris male scribuntur hoc modo:

MAGNUMQUE SUIS MONSTRAT⁴ OSTENSUM SI QUIS
VISATUR UNA STRATUS AC FELIX HORA.

Secundum hanc enim scripturam in primo istorum uersuum secundus pes est anapestus tercius trocheus contra naturam istius metri. Item constat tantum quatuor pedibus post quos remanet sillaba, quod similiter est contra rationem huius metri cum sit trimetrum acathialectum. Secundus uero istorum uersuum⁵ secundum hanc scripturam

1 similiter RO super P sicut J / 2 sex RPO 8 J / 3 istius metri R huius metri P istius JO / 4 monstrat J / 5 istorum uersuum RO istorum uersuumque J istorum P /

constat septem pedibus, quod eciam nulli metro⁶ conuenit. Et ideo ut saluetur natura metri scribendi sunt sic:

MAGNUM SUISQUE MONSTRAT OSTENTUM SI QUIS
VISATUR UNA STRATUS AC FELIX HORA.

In hoc autem metro describit Philosophia mores Fortune dicens HAEC scilicet Fortuna CUM VERTERIT VICES scilicet prosperitatis et aduersitatis SUPERBA DEXTRA scilicet quia nullius curat probitatem uel improbitatem (2) ET FERTUR id est gerit se MORE EURIPI ESTUANTIS id est fluentis. Euripus est brachium uel sinus maris iuxta Nigrum Pontum que est insula Grecie cuius decursus est incertus quia modo est ad hanc ripam modo ad illam modo in medio. Unde propter incertitudinem decursus eius frequenter pericilitantur ibi naues. Et dicitur ab eu quod est bonum et ripa quasi bona ripa per contrarium. Et producit medium ut docet⁷ metrum. Sicut ergo decursus Euripi estuantis incertus est ita et mutabilitas Fortune. Dum ergo sic⁸ mutat uices (3) PROTERIT id est a prosperitate deicit SEVA id est crudelis existens REGES TREMENDOS DUDUM id est olim -QUE pro et IPSA existens (4) FALLAX SUBLEUAT scilicet de aduersitate HUMILEM VULTUM VICTI NONILLA CURAT AUT AUDIT FLETUS MISEROS -QUE pro et ipsa existens DURA scilicet quia non flectitur ad uota hominum

6 nulli metro JRPeGMD isti metro non P0 / 7 docet JPeGD decet RP /

8 sic RPG(om.0)D sicut J /

[II m 1]

RIDET id est deridet quia ad modum deridentis se habet GEMITUS
 QUOS FECIT ULTRO id est spontanee (7) SIC ILLA LUDIT SUASQUE
 PROBAT id est experitur VIRESQUE SUIS MONSTRAT MAGNUM OSTENTUM
 id est miraculum SI QUIS UNA HORA VISATUR STRATUS id est miser AC
 FELIX quasi diceret Fortuna uidetur exhibere SUIS scilicet
 hominibus qui bonis eius inhiant magnum miraculum quando⁹ aliquis
 subito uidetur mutari de aduersitate in prosperitatem uel e conuerso.

[II p 2]

VELLEM AUTEM prosa secunda. Postquam ostendit Philosophia
 non esse conquerendum de Fortuna quia circa Boecium¹ suam naturam
 seruauit, hic ostendit non esse conquerendum de Fortuna quia nihil
 iniuste Boecio abstulit. Et circa primum aduertendum quia secundum
 Tullium in rhetorica secunda libro quarto² figuram in dicendo
 commutari oportet ut facile sacietas³ varietate uitetur et ideo
 Philosophia hic oracionem variat per introduccionem noue persone
 (prosopopeiam). Quam quidem figuram Tullius libro eodem quo supra
 uocat conformacionem. Primo ergo Philosophia hanc introduccionem
 Boecio suggerit; secundo personam Fortune loquentem introducit ibi

9 quando JO quando scilicet R scilicet quando P /

1. Boecium RPO om. J / 2 quarto RO quarti P secundo J /

3 facile sacietas RPO sacietas J /